

ἜΠΟΣ ΚΑΙ ἘΠΑΙΝΟΣ  
ὡς πεμπήρις;

QVO CL. V. CA-  
ROLO GERBELIO TRI-  
BOCO, AB AMPLISS. REIP. NORI-  
CÆ SYNDICATU, AD PRÆFECTURAM DY-  
NASTIÆ BARRENSIS à NOB. ET MAGNIF.  
SENATU ARGENTINENSI EXCITO;  
IAMQVE ITINERI AC-  
CINCTO, &c.

COMMUNI AMICORUM NO-  
MINE,

OMNIA FAUSTA SALUTARIAQVE  
AUGURATUR

BERN. PRÆTORIUS.



NORIMBERGÆ,  
TYPIS PAULI KAUFMANNI;  
ANN. c1010civ. MENS. XBR.

Lit. Lat.  
rec. A.  
390, 14.



PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1

REVOLUTION

PHONOGRAPH

NO. 1





ΠΡΟΠΕΜΠΤΗΡΙΟΝ,

*Ad clariss. virum,*

**D N. C A R O L U M  
G E R B E L I U M A R G E N T I N E N -**

**S E M, I N C L U T Æ R E I P. N O R I B E R G E N S I S**

hactenus Syndicum: Jam verò ad gubernandam

*Δουασειαν* Barrensem in ditione patriâ,

evocatum; &c.

*S C R I P T U M*

A B E R N H. P R Æ T O R I O.



*R G O N E, quod nulli vel per lu-  
dentia furva*

*In mentem poterat noctis simu-  
lacro venire;*

*Discessum nostrâ mihi conjun-  
ctissimus urbe*

*G E R B E L I U S collega parat? num nunctia verat*

*Hæc, Dea pennipotens, oculisque tot omnia signans?*

*G E R B E L I U S! quid? G E R B E L I U S ne relinquere ripas*

*Sustineat, P E G N E S E, tuas? ter quattuor annos*

Ad ann. jam 1714

*Quas ultra accoluit, D I S terrigenisque secundis:*

2

*Quæq;*



Pat. Stockhame-  
rorū. Mat. Harf-  
dorfferorum.

Quaę illi sociam thalami, vitęq; laborum,  
Eximie cunctis HELENAM virtutibus auctam,  
Patriciãq; genus ducentem stirpe, dederunt:  
Et subolem, clarosq; ad fineis, & tot amicos,  
Nominis haut parvi, generisq; nitore coruscis.  
Quid? poteritne suum; quo cum peregriq; domiq;  
Tot vixit brumas, multo gratissimus usu,  
Linquere PFINZINGUM, tã pronã mente faventem?  
Ante remissurum vadimonia cuncta putassem.

Quid? num nec celebris majestas, hujus & urbis  
Splendor ad invidiam pulcræ; quaę orbis ocellus  
Audit, & absq; pari, caput inter nubila condit:  
Nec favor amplifici, famã super æthera noti,  
Publicus instantem teneat, moveatq; SENATUS?  
A quo, ceu qui non sine pectore corpus haberet,  
Os neq; linguę expers, nec sinciput absq; cerebro,  
E-que-vaporato nec lotus heberet aceto;  
Non in postremis meritò fuit usq; locatus.  
Ad juga piniferi rediturum te prius, ortas  
Unde trahis scatebras, montis declivia, rebar;  
Ac deserturum nudas in littore trutas:

GERBELIUS, PEGNESE, tuo quàm abscederet amne.  
” Multa quidem proponit homo; disposta sed illa  
” Digerit; & nutu DEUS arbitrioque gubernat

Cuncta



Cuncta suo: pateat vel ut hinc quoque, nil super orbe  
Aut stabile, humanis aut certum rebus inesse.

Huic igitur tanquam DOMINO parere supremo  
Quemque decet quocumque loco, Patriaq; vocantis,  
Vitaleis primum quæ nos emisit in auras,

Atque sibi nostri non frustra vindicat inde

Particulam: mirâq; aliàs dulcedine cunctos

Ducit; ut & fumum tectis natalibus optent

Cernere surgentem persæpè: sit asper & hirtus

Quamvis ille situs: veluti Phæacis Ulyssæi

In scopulis Ithace pendens, ceu nidulus, altis.

Dum te bellipotens igitur patria, inclut a summis

ARGENTINA viris, circumspectoque Senatu;

Evocat, & curam BARRENSIS & urbis, & agri,

CAROLE commendat; sic disponente JEHOVA;

Atq; adeò rebus magnis, & honoribus amplis

Præficit: Obsequium vitio quis vorteret istud?

Aut quis proposito tam deterreret honesto:

Injiceret ve moras; nisi sorti infensus amici?

Illic adspicies, qui te genuère, penates:

Arridebit ibi, quem hausisti primitus aër;

Et noti fluvii, quos alveus excipit idem

Urbis in ingressu geminos: & RHENUS, aquarum

Rhatigenum princeps; & florentissima tempe:

Plat. in Epist. ad  
Archit. Tarent.  
Cic. 1. Off. & 2.  
de fin. bon. & æ.  
Ovid. 1. de Pöt.  
& Hom. O-  
dys. æ.

Cic. 1. de Orat.

Prussia & Ellus



Et lati colles Bacchi, Cererisq; feraceis:  
Quos inter reliquum traduces molliter & vum.

I ergò, ducente DEO, precor, oscine dextro:  
Nec per iter teneram glacies, & frigus, & imber,  
Montanisve ruens saxoso vortice torrens  
Saltibus, offendat prolem, sociamve maritam:  
I, inquam, comitante DEI te numine; felix  
Muniaq; auspiciis oblata capesse secundis.

Hac mea cum-primis optat Polyhymnia: mecum

Gabr. Scheurl,  
Dicast. Norici  
Adfessor: Sige-  
fridus Pfinzing:  
Wolffg. Harf-  
dörffer, itidem  
Adfessor: Da-  
niel Slumpf; &c.

SCHURELIUS facit, & voto subscribit amico:

Et noster SIGEFRIIDUS item, dignissimus omni

Vir laude, officiis in nos & amore probatus:

WOLFFGANGUSq; fide prestans; & SLUMPFIVS unà

Germano niveam servans in pectore mentem:

Atq; alii innumeri: quos quid memorare necessum?

Tu modo felici patriis regionibus infer

Te pede; fortunâ cinctutus ubiq; benignâ:

Ac nostri memorem tecum bonus aufer amorem:

Hosq; tui (ut nosti) studiosâ à mente profectos,

(Non cuivis etenim nisi amicis, idq; coacti

Pangimus;) exiguos boni & equi consule versus!

Vive; vale! nostri caput hoc & clausula voti.







# CAROLVS GERBELIVS.

*μεταγραμματος.*

LEGIBUS CLARUS ERO.  
LEGIBUS, ORE CLARUS.



*Vu M primùm studiis animum, florente  
sub ævo  
Adjiceres, certam seligerésque  
viam:*

*Præ reliquis Themidos placuit sectarier arteis;  
Oraq̄, diversis excoluisse sonis:*

*DI faveant, ajens, cæptis, & vota secudent!*

*LEGIBUS, & linguis, oreq̄, CLARUS ERO.*

*Augurium hoc non te frustratum, CAROLE: namq̄*

*LEGIBUS, & linguis, CLARUS & ORE vires.*





Lit. Lat. rec. A 390, 14.

